

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

GESTA ABBATUM MONASTERII SANCTI  
ALBANI.

[MS. COTTON. CLAUDIUS E. IV.]

SECTIO PRIMA,

A MATTHÆO PARISIENSI,  
PRO MAJORI PARTE, CONSCRIPTA.

15009.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - *Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290*

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

# GESTA ABBATUM MONASTERII SANCTI ALBANI.

SECTIO PRIMA,  
A MATTHÆO PARISIensi,  
PRO MAJORI PARTE, CONSCRIPTA.

---

<sup>1</sup> [Hic prænotantur nomina Abbatum Ecclesiæ Sancti Proœmium. Albani ; quorum plurimi multa beneficia, in possessionibus, dignitatibus, sacris vasis, et ornamentiis, propriis laboribus adquisierunt, necnon et pleraque ædificia construxerunt. Froinde non solum eorum nomina, sed ipsa beneficia, seu etiam damna, huic ecclesiæ collata, vel illata, quantum fidedignorum veridicorumque relatione, sive gestorum scriptorum inspectione, indubitanter ad nostram notitiam potuit pervenire, scripto commendare cum diligentia veraciter desudamus ; ne illorum bona opera, vel etiam mala, futuris temporibus oblivioni tradantur, peritura ; quatenus per hoc, non solum præsentes vel futuri ad beneficiendum excitentur, sed et perversi terrore scandalorum a damnis coercentur. Sed et si qua alia ecclesiastica, sæcularisve, persona, pietatis beneficia huic ecclesiæ contulit, non solum ejus nomen, verum etiam ipsius beneficium, et cuius Abbatis tempore, sine stamine falsitatis <sup>2</sup> perpetuetur.]

<sup>1</sup> This Proœmium is found in the older manuscripts, MS. Cotton. Nero D. i. and MS. Spelman ; but is omitted in MS. Cotton. Claudius E. iv.

<sup>2</sup> In the margin, above the text of this Preface, in MS. Nero D. i., (as also, in MS. Spelman, as we are informed by Wats, *Praefatio*, fol. \*2,) the following Note, as to the

\*

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

*De fundatione, dotatione, et privilegiatione, Monasterii Sancti Albani, per inclytum Offam, Regem Merciorum; et de præfectione Willegodi in primum Abbatem ibidem; et de moribus et vita laudabili ejusdem.*

Willegod,  
1st Abbot  
of St.  
Alban's.

Appointed  
by King  
Offa,  
founder of  
the Abey,  
(A.D.793.)

sub ipso vivere regulariter ac reverenter ordinavit.

<sup>1</sup> Willegodus, primus Abbas Ecclesiæ Sancti Albani, ecclesiæ curam sibi commissam strenue, adjutorio Regis fultus, rexit. Huic gloriosus Rex Offa, Merciorum regens gubernacula, corpore Beati Albani, Patroni nostri, de terra levato, hanc ecclesiam, multarum posses-

King Offa obtains liberties and privileges for the Abbey, from Pope Adrian I.

Dum autem idem Willegodus Ecclesiæ Sancti Albani feliciter præsideret, Rex illustris Offa Romam, ut ecclesiam suam privilegiaret, petiit; ut sicut temporibus et regalibus dignitatibus in Anglia insignivit, ita eam spiritualibus et ecclesiasticis Romæ nobilitaret: et a Romano Pontifice qui tunc temporis præsidebat, Adriano, scilicet, Primo, favorabiliter obtinuit libertates multas, et privilegia; insuper, ad ea quæ ipse contulerat, robur et munimenta, per immortalia sæcula duratura.

origin of the early part of the work, is given:—“*Secundum antiquum Rotulum Bartholomæi Clerici: qui cum Domino Adam Cellario diu fuerat, serviens ei, et ipsum rotulum sibi retinuit, de scriptis suis hoc solum eligens.*” Adam the Cellarer, the owner of the “Roll,” forming the first germ of this History, lived at St. Alban's in the reigns of Stephen and Henry II.

See the mention of his Anniversary, in the Life of Warin, 20th Abbot, and the Introduction, pp. xv., xvi.

<sup>1</sup> *Offa Rex. Iste regnavit quadraginta annis. Anno tricesimo tertio regni Offæ Regis, inventus est Sanctus Albanus, et ipsius domus fundata.*—Marginal Note in MS. Cotton. Nero D. i.

<sup>2</sup> *præelectos* in MSS. Nero D. i. and Claudius E. iv.

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)*De Denario Sancti Petri.*Willegod,  
1st Abbot.

<sup>1</sup> Præterea, præter pratum, quod, obiter inventum, in usus peregrinorum transeuntium comparaverat, Romæ Scholam peregrinorum pie constituit: ut ibidem pe- Offa founds a School for regrini, qui ad Romanam Ecclesiam et Curiam con- foreigners fluxerant, ex diversis mundi partibus barbari, vel vo- at Rome. tivæ orationis gratia, vel expediendorum negotiorum necessitate, linguas quas non noverant addiscerent. Quæ Schola, propter peregrinorum confluxum, ibidem solatium suscipientium, versa est in <sup>2</sup> xenodochium, quod “Sancti Spiritus” dicitur.

Ad quod exhibendum, Rex Offa, ex regali munifi- Saint Peter's Pence centia, et pietatis affectu, denarium, qui dicitur “Sancti Petri,” de maxima parte regni sui concessit; obti- granted by nens idcirco, ut nullus Angligena extra Angliam <sup>3</sup> an- Offa for tidotum poenitentiae mendicaret: sane retento censu support of the School. de tota terra Sancti Albani, Ecclesiæ Sancti Albani futuris temporibus, die Sancti Petri ad Vincula per- The lands of St. Al- solvendo, in testimonio recognitionis sempiternæ, quod, of ban's to be ut Ecclesiam liberam redderet, et non obligatam, Romam exempt petierit. “In die,” inquam, “Beati Petri ad Vincula from pay- “persolvendo;” quia eadem die Rex corpus Beati Saint Peter's Pence. Albani, Anglorum Protomartyris, de terreno cespite levatum, invenire promeruit. Unde ille denarius collectus nomen sortitur, ut “Denarius Sancti Petri” per totam Angliam appelletur.

*Dies Sancti Albani, in crastino Sancti Petri.*

Solemnitatem vero Inventionis Sancti Albani con- The Invention of St. stituit Rex, assensu Abbatis Willegodi et totius Con- Alban, August 2.

<sup>1</sup> Præterea . . . . Angliam appell- letur omitted in MS. Spelman.

E. iv.

<sup>2</sup> zenodochium in MS. Claudius

<sup>3</sup> antitodum in MS. Claudius E.

iv.

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - *Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290*

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Willegod,  
 1st Abbot. ventus, in crastino Sancti Petri solemniter, prout  
 — decet, celebrari, ne Principis Apostolorum festivitas in  
 aliquo videretur mutilari.

Tandem sentiens Rex tempus suæ dissolutionis non  
 multum distare, <sup>1</sup> compositis componendis per regnum  
 suum, obtulit chartas donationis suæ super majus  
 altare Beati Albani, in conspectu Willegodi Abbatis et  
 totius Conventus, et multorum magnatum; in testimo-  
 nium sempiternum salvationis animæ suæ, quam cæde  
 multorum hominum polluerat: anno, videlicet, Gratiæ  
 septingentesimo nonagesimo quinto, regni vero ip-  
 sius Offæ tricesimo quinto; et, non diu postea vivens,  
 ab hujus mundi incolatu migravit ad Dominum.

Deeds of  
 gift pre-  
 sented on  
 the altar,  
 A.D. 795.

Death of  
 Offa.

*De terra de Pynesfelde, tempore ipsius Abbatis, per  
 Egfridum, filium Regis Offæ, monasterio predicto  
 liberaliter collata.*

Filius autem ejus, <sup>2</sup> Ecgfridus, judicio et misericordia  
 patrissans, regni post eum suscepit gubernacula.

King  
 Ecgfrid,  
 son of Offa,  
 a benefac-  
 tor to St.  
 Alban's,  
 A.D. 796.

Iste igitur Ecgfridus, pius et justus, coronatus est so-  
 lemniter vivente patre, et hoc procurante, a Legatis mis-  
 sis in Britanniam per Adrianum Papam ad roborandum  
 fidem Christi, quæ debilitabatur, per Sanctum Augus-  
 tinum plantata.—Qui, patris augens beneficia, contulit  
 Ecclesiæ Sancti Albani, primo anno regni sui, terram  
 quinque maneriorum, anno Gratiæ septingentesimo  
 nonagesimo sexto, videlicet, in loco dicto “Pynesfeld,”  
 cum antiquis terminis; chartasque patris sui benigne  
 cum sua serena concessione confirmavit: <sup>3</sup> pro confirma-  
 tione regni sui, et sua prosperitate, necnon pro salute

<sup>1</sup> *compositis . . . regnum suum*  
 omitted in MS. Spelman.

<sup>2</sup> *Ecgfridus, filius Offæ.—Kenul-*  
*phus. — Marginal Notes in MS.*

Claudius E. iv.

<sup>3</sup> *pro . . . protegendo* (p. 7) omit-  
 ted in MS. Spelman.

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## MONASTERII SANCTI ALBANI.

7

paternæ, suæque, animæ, et antecessorum suorum, ec- Willegod,  
clesiam suam per omnia salubriter protegendo.<sup>1</sup> Ist Abbot.

*De morte inclyti Regis Offæ, et Abbatis memorati.*

Et eodem anno, piæ memoriæ Willegodus Abbas, a Death of corpore resolutus, naturæ debita persolvit; dolore, ut Willegod, dicitur, pro morte Regis, quia sese mutuo foedere in- A.D. 796. comparabiliter condilexerant, contabescens. Qui per omnia strenue vitam peregit, nisi quod per negligentiam, et forte vitæ tedium, quo languit, audito lugubri rumore de morte Regis, corpus desiderabile ipsius fun- His neglect datoris Ecclesiæ suæ, sibi dilectissimi, illustris Regis to inter the body of the Offæ, non requisivit; <sup>2</sup> quod tam multipliciter promeruít Founder, magnifice in Ecclesia Sancti Albani tumulari. Pro qua King Offa, at St. ingratitudine, ut creditur, matura morte perculsus, infra Alban's. duos menses post Regis obitum vitam finivit tempore.

<sup>3</sup> Constat autem, et omni acceptione dignum est ut Hopes of fide certa concipiatur, ipsum Regem, cum Martyre suo, Offa's final whom in terra sublimavit, regnare feliciter in cœlestibus, nomenque ejus in libro vitæ indelebiliter annotari, licet ejus carnales exuviae in terris non <sup>4</sup> vene- lost. rentrur; juxta illud poeticum,—

“ ————— <sup>5</sup> Levis est jactura sepulcri.”

In solatium, exempli <sup>6</sup> nobis legislatoris <sup>7</sup> Moysis me- The same memoria advenit, cuius sepulcrum ab omnibus ignoratur.<sup>8</sup> as to the body of

Et sciendum, quod idem gloriosus Rex Offa primo Moses Rex fuit tantummodo Merciorum; sed cum strenuis-

<sup>1</sup> *Rex Ægfridus, filius Offæ. Iste regnavit circiter dimidium anni.*—  
Marginal Note in MS. Nero D. i.

<sup>2</sup> qui in Wats's text.

<sup>3</sup> *Constat autem . . . est, aedificare* (p. 8), omitted in MS. Spelman.  
<sup>4</sup> *invenirentur* in Wats's text.

<sup>5</sup> Virgil, *Aeneid*, ii. l. 646; slightly misquoted, it being—“ *Facilis jac- tura sepulcri.*”

<sup>6</sup> *nobilis* in Wats's text.

<sup>7</sup> *Moysi* in MS. Claudius E. iv.

<sup>8</sup> *Deuteron. xxxiv. 6.*

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - *Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290*

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Willegod, simus fuisset in armis, corpore alacer et propagatus, et  
 1st Abbot in dubiis casibus audax, et <sup>1</sup> cum discretione imperter-

Exploits of ritus, fugatis quibusdam nothis regulis, qui terram pro  
 King Offa magna parte <sup>2</sup> pro inertia patris sui, senescentis, occu-

paverant, <sup>3</sup> affugatis, postea totius Albionis et partium adjacentium potenter obtinuit monarchiam. <sup>4</sup> Beornredo enim perempto, Kentenses, West-Saxones, Est-Saxones, Est-Anglos, et Northamhumbranos, in ore gladii profugavit. Unde postea tactus spiritu, et ductus poenitentia, pro strage nimia quam exercuerat, et sa-  
 guine humano quem fuderat, neconon et incendiis et aliis exterminiis quæ solent bello perpetrari, dignos egit, admonitione et disciplina cujusdam Sancti, fructus

His conversion, and Invention of the body of St. Alban. poenitentiae. Unde vocante Eo, "Qui<sup>5</sup> non vult mortem " peccatoris, sed ut magis conversus vivat," amicus Dei effectus est ; adeo quod angelico oraculo de Inventione Beati Albani, Anglorum Protomartyris, qui diu in loco incognito jacuerat ignobiliter, meruit edoceri, et domum Dei magnifice, ut <sup>6</sup> prædictum est, ædificare.

*Eadricus, secundus. De præfectione Eadrici in Abbatem Sancti Albani; et de moribus, vitiis, et de morte ejusdem.*

Eadric, 2nd Abbot, anno quo sublati sunt de medio Rex Offa et Willegodus A.D. 796.

Abbas, de gremio ecclesiæ suæ electus est, et in sedem pastoralem sublimatus, sine moræ dispendio et scandalo schismatis ; juxta petitionem Christianissimi Regis Offæ, qui, dum viveret, sæpe ac diligenter exhortatus est, ne unquam ab alterius ecclesiæ congregazione sibi pastorem eligerent, sed sine morosa ac damnosa expec-

<sup>1</sup> cum omitted in MS. Nero D. i.

<sup>2</sup> per inertiam patris in MS. Nero D. i. ; qy. if not per Merciam.

<sup>3</sup> This word appears to be superfluous.

<sup>4</sup> Boemredo in MS. Claudius E. iv. ; Beormredo in MS. Nero D. i.

<sup>5</sup> Ezekiel xviii. 32; xxxiii. 11.

<sup>6</sup> prædictum in MS. Nero D. i.

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - *Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290*

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

tatione, viduatæ ecclesiæ providerent, ne videretur domus sua vacua religionis, et egena religiosis: nisi forte eveniret,—quod penitus execrabatur,—ad id urgente necessitate, per indigentiam idoneorum, cogerentur alieno indigere.

<sup>1</sup> Iste Eadricus, Regibus, Offæ, et filio ejus, Ecgfrido, Strong rule sanguine propinquus, et foedere dilectionis amicissimus, a kinsman ecclesiam, sibi commissam, strenue <sup>2</sup> in multis discrimenis of Offa and Ecgfrid. contra multos rebelles, licet potentes et potenter in eum insurgentes, fultus auxilio regio, gubernavit, et clypeo protexit discretionis.

*Qualiter nonnulli ejusdem Abbatis tempore murmurabant de tantis beneficiis per Regem Offam eidem monasterio collatis.*

Porro murmurabant multi, recalcitrantes, eo quod munificentia Regis Offæ,—quam sinistra interpretatione “prodigalitatem” appellabant,—tanta contulerat Ecclesiæ Sancti Albani, quod modum videretur excessisse, et regiam dignitatem, pro magna parte mutilatam, jacturam et diminutionem incurrisse. Et ad id sentiendum fere animum Regis, adhuc juvenis, inclinaverunt. Sed Beatus Martyr ecclesiam suam, supra firmam <sup>3</sup> petram, scilicet, Christum, fundatam, nec ventis concuti, nec procellis toleravit labefactari.

*Wulsigus, tertius.*

Vulsigus vero Abbas huic <sup>4</sup> successit, sine longi temporis intervallo, juxta petitionem illustrissimi Regis Offæ. Iste, regali stemmate procreatus, erectus est

<sup>1</sup> *Rex Athelwulfus, filius Ecgfridi.* | MSS. Nero D. i. and Claudius E. iv.  
*Iste regnavit annis viginti, et mensibus quinque, et imperfectus est a Danis, anno Gratiae octingentesimo viicesimo octavo.* —Marginal Note in | <sup>2</sup> in omitted in Wats's text.  
<sup>3</sup> Matt. xvi. 18.  
<sup>4</sup> *Rex Edmundus Sanctus.* —Marginal Note in MS. Claudius E. iv.

Cambridge University Press

978-1-108-04682-4 - Gesta Abbatum Monasterii Sancti Albani: A Thoma Walsingham, Regnante Ricardo Secundo, Compilata: Volume 1: A.D. 793–1290

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Wulsig,  
3rd Abbot. cito in superbiam, mutans habitum, tam forma quam  
colore. Qui, sericis utens vestimentis, phaleratus inces-

Bad rule  
of Wulsig,  
a member  
of the royal  
family. sit, venatum ivit; dapsilis in esculentis et poculentis,  
potentium principum magis quam Dei sibi studuit  
gratiam conciliare. <sup>1</sup>Mulierum nobilium turbas ad  
mensam suam, infra septa habitationis suæ, multotiens  
invitans, metas honestatis transgrediens, scandalum  
suscitavit, et tam <sup>2</sup>sui quam fratrum, quamvis forte  
non subfuisse causa reatus, enormiter læsit integritatem.  
Expirante odore bonæ famæ, quo ab initio fra-  
gravit religio, caritatis igniculus refriguit, multorum  
et tepuit devotio.

He wastes  
the sub-  
stance of  
the house. Brachio igitur sacerdotali, et divitum fultus patrocinio,  
se suaque in manu forti tuebatur. Verum extirpator  
substantiae ecclesiastice, et dilapidator thesauri, vasa  
quæ Rex Offa contulerat concupiscibilia, pallas, et  
monilia, (quorum jactura erat irrestaurabilis,) aliena-  
vit. Consanguineas suas, quæ sine maritis erant, tam  
viduas quam virgines, et etiam affines, magnatibus, non  
sine sumptuoso apparatu, matrimonio copulavit. Justa  
igitur Dei et Martyris ultiōne percussus, suscitavit  
contra eum de suo Conventu seditionem; et, ut dicitur,  
postea in brevi <sup>3</sup>migravit ab incolatu hujus mundi,  
potionatus, cum odio Conventus, et maledictione.

Rising in  
the Con-  
vent  
against  
him. Insurrexerunt <sup>4</sup>ergo, eo mortuo, viri graves, potentia-  
res de Conventu, in omnes consanguineos, quos de  
bonis ecclesiae saginaverat ille carnalis Abbas; et,  
suscitatis controversiis et quæstionibus, omnes bonis

He is said  
to have  
been  
poisoned. The pro-  
perty of the  
Abbey  
rescued  
from the  
spoilers.

<sup>1</sup> *Rex Alfredus Maynus. Iste regnavit viginti novem annis, et mensibus sex. Hic, meritis exigentibus, “Magnus” dicebatur.*—Marginal Note in MSS. Nero D. i. and Claudio E. iv.

<sup>2</sup> *suæ* in MSS. Nero D. i. and Claudio E. iv.

<sup>3</sup> *Rex Martyr Edmundus Sanctus.*

*Iste, ex antiquorum Saxonum genere oriundus, passus est anno Gratiae octingentesimo septuagesimo, Martyr gloriosissimus. Rex Edwardus, “Fortis” cognomento. Iste regnavit annis viginti quatror.*—Marginal Notes in MS. Nero D. i.

<sup>4</sup> *igitur, eo,* MS. Nero D. i.